Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Rector et vniuersitas studij wiennensis apud eundem
sancte memorie dnm paulum consimilem fecerunt
instantiam per suas lras da. eiusdem anno dni M.cccc.lxx.
mensis martij die xxiij. Considerantes hij omnes impium
fore si tot talesq; intercessores multiplicati atq; continuati
suo iusto desiderio defraudarentur. cum multiplicatis inter
cessoribus quod iuste petitur necessarium sit elargiri. iu
stisq; petentibus non sit denegandus assensus. l. ii. ff. de his
qui sunt sui vel alie. iur. Vt iuxta lucam in euangelio xi. c.
quis ex vobis amico petenti panem det lapidem. aut petenti
piscem dabit serpentem ꝛc. et petite et accipietis. pulsate et
aperietur vobis. omnis enim petenti dabitur et pulsanti aperi
etur ꝛc. et paulus ad ephe. viij. in omni oratione et obsecrati
one petitiones ue. immo apud deum. et consequenter apud te
ipsius vicarium qui vices eius geris in terris ꝛc. ii. ad thi
mo. in fi. insta opportune importune. xliij. di. sit rector in fi.
Cum igitur pallium archiepiscopale per quod plenitu
do pontificatus designatur. vt in c. nisi. et c. ad honorem. de
auctor. et usu pallij. concedatur petentibus illud instanter
vt. centesima di. c. prisca. et c. optatio. tn et quoq; non petenti
de gratia offertur. c. hone. ii. in fi. de postu. prela. exaudi
antur quoq; eciam instanter diuersa postulantes. c. fi. de di
latio. xxiij. q. v. finem. c. ex tenore. de testi. et maritus
deuincitur instancia mulieris. c. per tuas. de probat. et
appellantibus instanter instantius et instantissime apl̃os
petentibus non sunt denegandi. c. ab eo de appel. li. vi. de
ii. de appel. l. i. ff. de li. diui. et alias importuna oratio
importuna impetret. de peni. di. i. c. importuna. et in c. vbi
maius. de elec. li. vi. vbi per archi. multomagis fuit exau
diendi instantes tanti. de quibus supra. alias licitum
foret reclamare. ar. eius quod no. per glo. et Bar. in l. i.
§. permittitur. ff. de aqua quotidi. et estiua. et in l. i. i. fi.
ff. de priui. credi. quia fit eis iuria si non exaudiantur.
vt probatur. in c. hone. de postu. prela. de quo per Anthio.
de iutri. in c. i. de locato. et per Iuc. in repet. lxice. ff.
de arbitris. i. xvii. collun. et in l. ii. ff. solu. matri. et in l.
pretor. in fi. ff. de noui opr. nunci. et in eius consilio xxij.
incipit Deposite mihi consultationis. et per Bal. in addi. sup inti.

Thactenus editio Polzmanni.